



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Res à S. Ignatio Loiola Societatis Iesv Parente Gestæ

Ribadeneyra, Pedro de

Coloniae, 1622

Ignativs Generalis creatur. 114

urn:nbn:de:hbz:466:1-44900

tuto honorificè dixit. Quo ipso
 dein Pontifex perlecto, gaudens,
 DIGITVM DEI inibi ESSE excla-
 mauit: & se vtique ex modico or-
 tu, quantum mox fructum Eccle-
 sia esset perceptura, præsentire.
 113 Nec longè distulit, quin So-
 cietatis leges ratas esse æterna-
 que edicto sanciret. Quod quidè
 Natalibus SS. Cosmæ ac Damia-
 ni factum, V. Cal. Octob. anno
 CIO. IO. XL. Et triennio post, fini-
 bus, quibus suum decretum cir-
 cū scripserat, prolatatis, Societa-
 tem integrè rursus stabilivit. Id-
 que ipsum CIO. IO. L. Iulius III.
 Paulo huic tertio Successor da-
 tus: alii que deinceps Pontifices
 ad nostram memoriam fecêre:
 insuper raris eam prærogatiuis
 auctam voluerūt: quibus testan-
 dis diplomata retinentur, hodie-
 que monstranda.

114 In hunc ferè modum consti-
 tuta

tuta Societas, nondum habebat, quem summo sibi imperio præfectum spectaret. Igitur Comitibus ad anni cio. io. xli. vernum ieiunium indictis, qui Socij in Italia remanserant, ad designandum GENERALEM euocantur: quibus adesse ex negotio non licebat, ij verò litteris, quid fieri vellent, aperuere. Omnium consensu Ignatius renuntiatur. 115 Sed nimirum ea viri modestia fuit, vt inducere animum non posset, quo in eorum potestate se fore promitteret. Cæpit magnis proinde precibus fatigare Socios: vellent, iuberent, eo se onere liberum esse, cui ferendo se imparem sciret: neue committerent, vt i vix dum coalescens Societas detrimentum ab se caperet. Impulit grauibus hoc genus querelis socios, vt, quod modò iusserant, ad quadriduum comperendinarent. Interea